



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

Alviset, Virginius

Campidonae, 1673

Præfatio Ad Lectorem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](#)



P R A E F A T I O A D L E C T O R E M .

INTER Sacra ac omnino divina illa ornamenta, quibus assatim auctam,
ac ditatam à dilecto suo Sponsam Cantorum, nobis Scriptura repre-
sentat summè sūi in contemplationem, oculos pellicium meos clara illa
ac spectatissima Murenularum ut vocat. Imò jam diu detentos, ani-
mum in commendationem perirahunt. Murenulas aureas (in-
quit) faciemus tibi vermiculatas argento. Nobile certè, ac
prosorsus dignum ornameum : sed & singularis opificiis. Quamvis
autem ad aures spectare aliqui pueri: Ad collum alijs. Lyran. tamen
melius censer, spectare ad vestem, atque, Murenulas esse ornamenti quoddam genus, quod ad
oras vestium circa collum, manusque interdum ad venustatem & gratiam maiorem apponit
tur. Quae est autem vestis illa Sponsæ Divini amantis, hoc est Ecclesiæ tam digna, & Murenu-
lis sic decorata, nisi sacri Regularium Ordines, gratiis, Priviliegis, ac favoribus nomine & au-
toritate illius ab eius Vicariis Romanis Pontificibus abundè ditati ? De quibus vates regius:
Altitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Quod
enim vestis illa varietate decoris & ornamenti confert corpori Reginae: hoc Ordines religiosi in
sua varietate Ecclesiæ. Sed enim ait Origen. verba illa non ita propriè esse Sponsi, sed potius
fodalium seu amicorum eius, aut etiam Sponsæ, qui non infrequenter audiuntur miscere sermo-
nem in sacro illo Cantico : ut sensus sit, quod tam Sponsus, quam eius amici, aut etiam Sponsæ
unanimiter ad singularis illius ornamenti compositionem suam artem concenterint, ac Sponsus
quidem materiam, hoc est aurum suppeditaverit, formaque Murenularum, indiderit. Ipsa
vero Amicorum eius subtilis & ingeniosa industria vermiculatas fecerit ; Quasi sit sensus,
& ipsi dicant Sponse Murenulae illas, quas à Sponso accepisti. Vermiculata argento facie-
mus. Id est, ut Rabbini legunt. Cum punctis argenti. Vel ut Origen. Cum stigma-
tibus argenti. Seu ut Ambros. Cum distinctionibus argenti. Aut sicut Genebrard.
Conspersas punctis argenteis. Hic autem mihi Lector, mentem ni fallor, intelligis meam.
Hic propositum capis. En Murenulas, quibus Sponsæ vestis adornatur, placet tibi vermiculatas
exhibere : hoc est privilegia, quibus Ordines religiosi decorantur sub annotationibus, & exposi-
tionibus summaris proponere : ut sicut punctilla argentea, Murenulas Sponsæ indita, venustio-
res illas reddidere, prætoque auxere, ita & Privilégia Regularium nostris his lucubrationibus,
& notis illustrata, quasi rot punctis signata : ut gratis lecti evident, sic ad usum faciutora
fiant. Puncta certè sunt ha annotationes nostræ, utpote breves & compendijs ; Sed & argen-
tea,

EGIA
ARIVN
NTARI
GYLAS
LLAH
TOUCE

P R A E F A T I O

rea, quia ex probatissimorum Authorum Scriptis aut delibatae omnes, aut saltem in illa fundatae,
& velut purissimum argentum omni errore arum opinionum scoria expurgatae.

Sed forte inquit. Parum aut nihil in hoc opere desertur constitutionibus Summorum Pontificum aut Cardinalium Privilegia moderantibus. Reverentiam, Submissionem & Obedientiam omnitudinem erga Sedem Apostolicam & Eminentissimos Cardinales profiteor, eorumque constitutiones omnes sapientissimas & equissimas usque ad ultimos apices agnosco. Ceterum sic unus Pontificis voluntati, & constitutionibus parendum semper putavi, ut eius Predecessores inquit atque ignorantiae, fraudis, & (quod horret animus vel cogitare) errores non arguamus. Putavi, inquam, satis dicere, constitutiones aliquicis Pontificis, moderatas privilegiorum cadere super aliqua tantum aut aliorum Ordinum tantum; aut ob omissionem aliquam circumstantie non habere vim derogatoriam sufficientem: quam dicere hos Pontifices errasse, aut nobis illusisse, qui privilegia nunquam, aut non nisi sub certa solemnitate revocanda, securi revocabilia concessere.

Dicis, me opiniones nimis largas adstruere. Verum, unum te rogo, benigne Lector, nempe ut tuis propriis opinioribus, per tantum tempus ad partem sepositu, indifferentem satem te constitutas, priusquam de meis ferre judicium instituas. Nam ut notat Asfor. to. i. inst. l. 2. c. 16. Experientia didicimus, ita hominum aliquos suis opinionibus adhaerescere, ac si saxe alligarentur, ac perinde ac si certa, & evidenti ratione concluderent. Quod si tanta religione idola tua colis, si inquam, tuas cogitationes, quasi revelationes, & certas demonstراتiones reputas, & huc tanquam saxe, saxeus factus adhaeres. licet quidem nec iam mirum si sic affectus aliena opiniones reprobas. Interim autem, quod olim cuidam Boetius, hoc mibi tibi fas erit dicere: Tot esse artis hostes, quot ignorantiores. Ponantur in lance aequitatis meae opiniones, per pensis sine interesse, & passione, meis fundamentis & rationibus, & luce meridiana clarius; apparabit, nibil me temere, neque opiniones nimis largas obradere: bene autem favorabiles, ad removendos scrupulos, pro conscientiarum alleviatione, juxta illud Luc. 3. Erunt prava in directa, & aspera in vias planas. Privilegia Ego traxi (materia super omnes favorabiles) & hic loquor, non ut tetricus Stoicus, sed Farystas imitatus, attenitus puri reguli & principii. Quod si omnia Jura clamant, favores esse ampliandos, quid mirum si ego me amplio in adstruendo & manutenendo privilegiis? Sed & hic mei opinionibus (quas una mecum promissima devotione censuræ Ecclesiæ subjicio) salutem conditum merentur Doctores, qui prius illas asseruerent & eorum opera probavere. Tuo enim mi Lector (aut si non tuo, at certe non paucorum) genio servire volui in hoc opere. Videas, quibus si aliquid allegatur, statim quis hoc dicat, exquirunt, & Authores expetunt: quasi præteriorum temporum conditio, non errandi privilegium, priscu concesserit: presentum statim erroribus nos magis obnoxios genuerit. Quod quod non nulli, hoc ipso altera opera fastidiant, quo Authores norunt similes illi Corinthis qui in Paulo solam corporis infirmitatem attendent, dona Dei nesciebant affilari; similes inquam, illi Imperatori, qui in terra, non nisi maius longe petitos pisces: navigans, non nisi terrestrium animalium carnes sua in mensa admittebat, quasi hoc ipso, cibis sapor acrecat, quo remotiore è climate advehuntur. Authorum sententias sunt et certiores, quo persona minus noscuntur. Horum igitur genio, quasi prægnantius seminarum inordinatis affectibus, quadam tenus deseruire volens; en alienis placuit opiniones meas fulcire authoritatibus. Et hoc tam abunde, ut verè queam dicere, quia à me ipso non loquor. Et quia mea doctrina non

AD L E C T O R E M .

non est mea. Sed horum omnium, quos Antesignanos sequor, quos Patres veneror, quos Magistros
auctoritatem praeminentibus accino: ut qui parat dentem Zgilis operi immittere, horum re-
pellatur numero, auctoritate terreatur. Et si non meo, illorum saltem parcat nomini. Neg. enim
potest, non modo ipsum hoc meum opus, sed nec ulla in eo opinio censurari, quin simul eadem
censura afficiat hos Auctores, quos eruditio reddidit universæ Ecclesiæ venerabiles.

Non omnia tamen Regularium privilegia, me relatum profiteor, Id enim tentare quis
presumat, praestare quis sufficiat? Collectio ncm ipsorum vocarunt Summi Pontifices, eorum
Langitores, Mare magnum. Et haud abs re; ut enim de mari loquens Propheta ait, ibi esse
reptilia, quorum non est numerus. Sic successu temporis, in tantum auctus est privilegio-
rum Regularium numerus, ut iam summum aliquam colligere cupienti mibi, vijsu sit imitandus
Piscator Evangelicus, qui cum missâ sagenâ in mari, cœpisse non parvam piscum copiam, non
tamen omnes sibi retinuit, sed sedens seclus littus, bonos elegit in vasa, malos verò foras misit, ut ait Scriptura. Ad cuius ego imitationem, in tam varia privilegior. in multitudi-
ne, quasi dubius, aut potius consulus haren: dum ex his alia revocata audio: alia parum necessaria
advero: alia quasi usi quotidiano, minus estimata video: alia demum invidiam parare cog-
nosco. En hæc pauca illustriora, & præsenti tempori magis accommoda selegi proponenda. In al-
legationibus autem meis nullum respectum habui ad dignitatem, vel merita, seu Authorum, seu
Ordinum, aut Congregationum, sed ad solas opiniones, & ipsas gratias Pontificias; ut si forte
nunc unum authorem vel Ordinem prius nomino, nunc posterius, non inde putare quis debeat mea
mentis esse, quemquam alteri præferre, sed unumquemque in gradu debito relinquens pro-
officio suspiciens, pro Religione colens, his lucubrationibus meis omnibus pro-
desse cupio, nulli obesse. Accipe igitur Lector benevolè,
manus, & oblatu gratanter gratula-
bundus utere.



NOI